et de his addito, quod filiolam meam, quam in Baptismo suscepisti, cogitares ornare munusculo, quod etsi paulò serius accepisse me tamen à M. Ottone nunc significo, et revere, ter ac ex animo gratias ago, et tota de incepta tempore cum de caeteris beneficiis, quibus me nec exiguis, nec paucis, nec vulgaribus ut initio nostrae conjunctionis, ubi eos complexus, tum de hoc praesenti, quo nullum mihi gratius accidere potuit, plurimum debere profiteor. Longiore ut epistola te detinerem, nec res meae facile permittunt hoc tempore, nec festinatio Fabricii innocentis in aula vestra Camerarii concedit, quem bonis tum avibus ad vos proficiscentem te psitacis ac melioribus et omnino talibus, quales forte puer Terentianus in coenam querulo semi ferebat per herbas tamen suae capturante pectora, ut Oradianus ubi verba, ut sale sapientiae conditis comiter exceptum, molliter ac delicatulè, medicoque curetis tum verbis ipsius quibus nihil est pictius, tum meis, quibus nihil est ineptius, eos diligenter rogo. Mitto pagellas . . . . à me propositas, ut inceptive me videas non tantum privatim, sed et publicè. Bene et feliciter vale Carissime D. compater, teque à me plurimi fieri et unicè amari ne dubita. Witebergae pridie Cal. Sept: A° 1563.

T. T.

Caspar Cruciger.

Inscriptio:

Clarissimo Viro, sapientia, eruditione, virtute et dignitate praestanti D. Matthiae Stoio Regiomontano artis Medicae Doctori et Illustrissimi Ducis Borussiae Archiatro amico et compatri suo carissimo

Königsberg in Preussen.

56.)

S. D.

Carissime frater, petebam nuper, ut de mutationibus terrae Prussiacae quaedam ex annalibus Illustrissimi Principis colligeres, vel per te, vel per alios, sed nec annotata ulla accepi, neque responsi quidquam, peto id denuo et adjunxi epistolam ad Illustrissimum Principem

quam cum meo affine, ut exhibeas peto. Commendo autem
tibi meum affinem, et ut tuâ authoritate eum adjuves ac
promoveas, oro, optimè collocabis, siquid in illum contuleris
beneficii. De his tertiis ex eo poteris cognoscere; propterea
brevior sum, et de tuis poëmatis iterum <u>admoneo, quae</u>
<u>valdè optarim extare, et expetuntur à multis</u>. Itaque ut pro-
peres ea colligere et digerere, oro, et epistolam versibus ad me
praefigas. à me addentem, quae add. voles. Bene et feli-
citer vale. 15. octob. 1563.

<u>Inscriptio.</u>

Tuus Casparus.

Clarissimo Viro Matthiae Stoio
Philosophiae et Artis Medicae Doctori
amico et fratri carissimo.